



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XII. Territorium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

in testamento 14. ff. de pecul. leg. Surd. de aliment. tit. 9. q. 29. n. 18.

XLV.

TEMPORALIA ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Vide supra lib. 1. sub voce agere.

XLVI.

TEMPORE habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile, paria sunt. Vide supra lit. P. cap. Paria.

CAP. X.

Tergiversatio.

Axioma I.

Tergiversatio est deceptio, & sine tergiversatione notorium dicitur, quod nulla arte celari potest, cap. ult. extr. de cohabit. Cleric.

II.

Tergiversari est ab accusatione desistere, cap. si quem §. norandum 2. q. 3.

CAP. XI.

Terminus.

Axioma I.

Termini habiles semper sunt supponendi, l. adigere 6. §. quamvis 2. de iure patron. l. 1. §. ult. ad Scit. Tertull. l. ut gradatim 11. §. 1. de muner. & honor. Ant. Faber C. de muner. patrim. num. 12. gloss. ad verb. habent in l. 30. de adopt. Rennem. disput. 9. de iure person. thes. 14. idque maxime si in Legibus sint definiti, l. qui testamento 20. de testam. cap. causam q. 8. de Elect. Tiber. Decian. 1. respons. 55. n. 12. Termini enim a Lege definiti contra Legem coangustari non possunt, l. 15. ff. de pat. dom. secundum legem possunt, l. 21. §. l. 38. de Vulgar. substit.

II.

Qui termini probatorii præfixi prorogationem petit, non tantum ipsam termini assignationem, sed probationem quoque faciendam ratam habere, & eam ratam habendo malle, nulla dubitatio est, l. fin. C. ad Scitum Maced. Dyn. ad c. mitibationem n. 7. de R. l. in 6. per l. 1. §. ita autem 2. ff. si tabule null. extab. §. si vero. Novell. de his, qui ingred. ad appell. petitio enim prorogationis termini probatorii scientis, cum errore careat, non potest esse sine consensu, arg. l. 1. §. 2. cum ibi notatis ff. de iudic. Si igitur non est absque consensu, utique in id, quod prorogatum est, & cuius causa id prorogatum est, concessisse probabile est, d. l. ult. §. c. i. extr. de iudiciis.

III.

Terminus juris habetur pro peremptorio, cap. oblat. 57. c. sepē 44. de appellat. l. nemo 3. C. de tempor. appellat. l. 1. ubi Bart. C. de dilat. cap. 2. ibiq. gloss. extr. eod. Jason ad l. fin. n. 6. post Bart. per ill. text. in verb. plus semel, tribui non potest, l. oratione 7. in pr. verb. amplius quam semel, ibi

Castrenf. de fer. Bart. in l. mancipiorum 6. per ill. text. ff. de opt. leg. & in l. cessante, per ill. text. C. quomodo & quando, jud. & in l. si finita §. Julianus. col. 4. ff. de damn. infect. Cappyz. dec. Neapolit. 81. n. 1. Mynt. observ. 71. cent. 1. Cotvazzan. Lucens. decis. 55. n. 1. Cacher. decis. Pedem. 22. n. 4. & exclusive Fischer de Elect. concl. 21. n. 109. etiam in causis summariis, Surd. consil. 97. n. 19. Menoch. consil. 100. n. 271. & quidem multo magis, quam in ordinariis, Jas. ad d. l. fin. n. 11. de dilat. per clem. sepē 2. de V. S. adeo ut si intra terminum nihil probatum sit, is non sit redintegrandus, Cappyz. decis. 82. cum post terminum, nemo debeat audiri, l. ob commissam 21. C. ad l. Jul. de adult. Castr. consil. 150. num. 3. vers. praterea major. vol. 1. tum quia quod tempore determinatum, non debet ulterius porrigi, arg. l. Imperator. 8. ff. de postuland. tum quia lapsio termino parti adversæ ex eo jus quæsitum esse dicitur, cap. de causis 4. de off. deleg. Bart. in l. 4. ff. de damn. infect. Decius in c. personas, de appell. Cravetta. consil. 167. n. 2. Vult. 3. Consil. Marp. 29. n. 73. vid. supra verbo tempus axioma 3.

IV.

Terminus contractus non est prætergrediendus, l. 24. de pos. neque modus, l. 1. §. 26. ff. eod.

V.

Non est audiendus, qui terminum non vult servare, l. scire 13. §. consequens 4. ff. de Excusat. tit. Panorm. in c. cum nobis de Elect.

VI.

Terminus non currit, ubi disputatur super eo, quod adhuc est expediendum, l. si cum ipse 39. ff. de excusat. tit. l. inim. nullo 39. ff. de minor. Natta consil. 172. n. 16. vol. 1. Vult. 3. Consil. Marp. 29. num. 13.

VII.

Terminis suis sit quisque contentus, cap. si quis Episcopus 7. q. 1. cap. Ecclesias 13. q. 1.

VIII.

Terminum si quis sponte recipiat etiam sine causa, ampliori tempore renunciare videtur, cap. quod. 15. extr. de sentent. & re jud.

IX.

Terminus reo ad comparandum assignatus, assignatur etiam tacite actori, cap. 1. de del. & contum. in 6.

CAP. XII.

Territorium.

Axioma I.

Extra territorium suum nemo est distrahendus. Itaque nemo extra districtum suum ad conferendas annonas pro exercitu, vel ad operandum instruendumve mansiones militum tenetur, & c. Perez. C. de annon. & tribut. num. 26. seq.

II.

Quicquid est intra fines territorii universalis, præsumitur pleno jure esse ejus, cujus est territorium, Ilern. ad cap. 1. §. fin. verb. quidam. col. 1. vers. ea vero de contr. inter mascul. & fem. Socin. 166. col. 2. vers. etiam conclusio. Jon. Kop. pen.

pen. deced. 48. n. 8. Alciat. de præsumpt. reg. 2. pref. 3. cap. 4. Hieron. de Monte in tr. de finib. regund. cap. 96. n. 2. Welembec. consil. 74. n. 34. Jac. Mandos consil. 64. num. 70. Roland. à Valle consil. 50. num. 39. vol. 3. per text. in c. 1. §. fin. de contr. inter mascul. & fam. Joh. Goedd. 3. Consil. Marburg. 33. num. 111. Quæcunque enim intra territorii septa continentur, ea in fide & patrocinio domini istius esse opinione præsumitur, cap. omnes basilicæ 17. quest. 1. Canonistæ plerique in cap. nimis. de iurejur. Brun. consil. 34. num. 5. Ruin. consil. 22. lib. 1. & consil. 13. num. 8. lib. 9. Roland. à Valle consil. 91. num. 17. vol. 2. Cravetta consil. 615. 673. 887. & 949. Meichsner. tom. 3. decis. 23. n. 20. decis. 33. num. 4. 71. & 81. & tom. 2. lib. 1. decis. 8. num. 22. lib. 4. Unde & is, qui in toto fundat se, videtur etiam in qualibet parte fundatam habere intentionem, arg. l. 1. §. 4. ff. de offic. prefet. urb. quest. 8. Menoch. lib. 2. præsumpt. 100. per tot. quamobrem quoties quis se fundat in universali totius territorii, tunc si intentio ipsius sit falsa in uno, falsa erit in totum: cum in individuo iure territorii eadem debeat esse ratio omnium partium, quia non magis verum potest esse in toto quoad totum, quam in parte quoad partem, quod intellige saltem quoad jurisdictionem tantisper, donec contrarium probetur, quia jurisdictio solo coheret, Bald. in l. à Procuratore, in princ. Cod. de mandat. Gail. 2. obs. 62. n. 9. cum in iure territorii se fundare nemo possit, cujus prætensum jus in territorio non est universale nec informe, per Dd. in cap. animarum de consil. in 6. Roland. à Valle consil. 33. n. 4. vol. 3. ubi ait, quod non sufficit territorium, nisi etiam competat jurisdictio in personas, cum territorium sine jurisdictione esse nequeat. Cravetta. consil. 673. num. 2. p. 4. Unde etiam Ducatus, Marchionatus, Comitatus, non tam de jure communi, quam etiam ipsa imperii consuetudine ac observantia desuper attestante, vocabulis territorii, provincie ac universitatis æquipollere, semperque territorium seu corpus universale, nec non ejusdem corporis superioritatem præsupponere ac comprehendere omnia, quæ sunt intra fines sue universitatis ex l. 239. §. territorium, ibid. Alciat. ff. de V. S. l. 53. C. de decur. l. fin. ff. de jurisdictione. cap. 2. de consil. in 6. cap. ibi periculum 3. §. porro. de Elect. in 6. deducunt Oldrad. consil. 52. n. 8. Bald. in cap. 1. de Capitaneis. qui Cur. vend. n. 5. & in l. 1. §. initio. col. 1. in fin. ff. de offic. prefet. urb. ubi refert, quod non dicantur habere territorium, qui habet quid speciale in territorio, quia nomen territorii est universale quiddam, sicut hereditas, Tiber. Dec. consil. 123. num. 34. vol. 3. Cravetta. consil. 673. num. 1. & 2. p. 4. consil. 896. n. 14. Bald. consil. 326. n. 8. vol. 1. quocirca argumentum ab extra ad intra, à continentis ad contentum, à finibus ad territorium recte procedit, & jussu inferitur, hoc intra fines Comitatus situm: Ergo in territorio & Lands Obrißigkeit / Dominorum Comitum, l. 1. §. 1. ff. de offic. prefet. urb. Natta consil. 204. n. 1. & 2. vol. 1. Anchar. consil. 310. n. 1. Cravetta. consil. 882. n. 1. 9. in d. jurisdictione adeo est annexa, plantata & radicata territorio, ut ab eo avelli nequeat. Cui itaque territorium quolibet titulo acquiritur, illi etiam ju-

risdictio territorio coherens quæritur non simplex, sed merum & mixtum Imperium, regalia item territorii coherencia. Schrader. de feud. part. 10. sect. 3. n. 252. Hieronym. de Monte de finib. cap. 11. n. 18. Bald. consil. 293. vol. 4. Boër. decis. 227. n. 5. & 7. num. seq. Paris. consil. 9. n. 16. lib. 1. Roland. à Valle consil. 42. volum. 2. per tot. Gylman. decis. Cameral. lib. 2. decis. 35. num. 36. Molin. ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 68. cum territorium, diocesis, provincia, districtus, sint synonyma ejusdemque significationis, gloss. in cap. Episcopi. verb. diocesis. g. 2. Alciat. in d. §. territorium. num. 49. ff. de V. S. Affin. in prax. p. 10. §. 7. num. 7. Spiegel. ad Gunther. Ligurin. libell. 5. verb. quippe vetus mos. Cephal. consil. 558. n. 11. lib. 4. Natta consil. 204. num. 1. vol. 2. Ancharan. consil. 310. n. 1. Cravetta. consil. 882. n. 1. unde etiam si ratione naturali civitati territorium accedat, propter rationem connexitatis, qui civitatem habet, etiam territorium habere intelligitur; qui autem territorium habet, is procul dubio & jurisdictionem habere præsumitur, Bald. in l. 1. §. initio. n. 2. de offic. prefet. urb. ratione potissimum ea, quod territorium de pertinentiis & accessoriis ipsius civitatis dicatur, Innocent. in cap. cum ad sedem. n. 2. de restit. spoliat. Oldrad. consil. 176. in fin. Socin. consil. 74. num. 1. p. 1. Boër. quest. 227. num. 7. conf. Gylman. tom. 2. part. 1. vot. 1. num. 64. qua de causa etiam territorium non loco, non situ, sed per actus jurisdictionis signandum est, Hieron. de Monte emel. fin. reg. cap. 6. num. 10. dictum enim à terrendo, l. pupillus 239. §. territorium §. ff. de V. S. ita ut & ipse sonus nominis coercitionis superioritatem inducat, Meichsnerus tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 115. Victor in disputat. de caus. exenti. Imper. d. conclus. 27.

Limita, nisi singulari beneficio privilegii aut præscriptionis talia septa libera esse testatur sit, cap. dilectus 2. de capell. Monach. Bodin. 1. de Republ. cap. 9. num. 129. Quetta consil. 10. num. 2. Symphorian. tom. 5. relect. 9. pag. 28. Tileman. de Benign. syntagm. 1. deced. 2. vot. 6. num. 21. ita ut onus probandi in reum exemptum rejiciatur, Matth. Stephan. lib. 2. de jurisdictione. part. 2. c. 7. n. 76. Mynl. consil. 16. n. 34. allegantique libertatem incumbat probatio, cap. uxore 17. de privil. cap. cum persona 7. de privileg. in 6. Cravetta consil. 54. num. 9. Ancharan. consil. 42. n. 1. Symphorian. tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 13. & tom. 2. part. 1. vot. 1. n. 113. Victor in d. disputat. de caus. exenti. Imper. concl. 27. Unde etiam uniformis possessio totius territorii debet probari, aliàs per unius & alterius loci instantiam corrumpitur totum, cum ad destruendam illationem & conclusionem universalem sufficiat in aliquibus saltem dare instantiam, gloss. in cap. sicut urgeri. l. q. 1. Jas. in l. creditor. n. 7. ff. de oper. nov. nunc. quamobrem prædicta præsumptio ad loca excepta, & ea, in quibus possessio distincti territorii eidemque adherentium jurium legitimo titulo alteri quæsita est, nullatenus extendi potest, Felin. in c. Radolphus n. 17. extr. de rescript. Cravetta. consil. 918. n. 6. Welemb. p. 1. consil. 33. n. 20. per cap. cum Episcopus 7. de offic. ordin. num. 6. Quo fit, ut argumen-

gumentum à finibus territorii admodum infirmum sit, & non valeat, ubi dari potest instantia: non enim omnia, quæ sunt in territorio, ejusdem juris sunt & rationis, Roland. à Valle *consil.* 46. n. 55. & 62. vol. 3. Non etiam in exemptis, quippe quæ quidem in territorio, sed non ideo de territorio esse dicuntur. Meichsner *rom.* 2. lib. 1. *decis.* 8. pag. 107. n. 42. Victor *d. concl.* 27. pag. 1203. *vers. in quo argumento.* Quod itaque dicitur iudicem ordinarium extra territorium habere jurisdictionem, illud procedit habitu, quamvis non actu, Jaf. *in l. fin.* n. 14. *limitat.* 8. n. 23. *de jurisdictione.* ubi ait, quod in notoriis iudex extra territorium citet, etiamsi non requiratur causæ cognitio. Rectè etiam bannum in absentia fieri extra territorium, quando ferretur pro causa damnata habente ortum intra territorium, secus si pro causa orta & originata extra territorium, ait Felin. *in cap. fin.* n. 24. *in 2. limit. de for. compet.*

III.

Extra territorium & intra territorium esse, sed exemptum, sunt paria, Jaf. *in l. fin.* n. 5. *ff. de jurisdictione.* Matth. Steph. *de jurisdictione.* 1. cap. 33. n. 15. Vant. *tit. de def. ord.* n. 108. Knichen. *de jur. territor.* cap. 4. n. 58. Schrader. *de feud.* 2. p. 9. §. 3. n. 157. Wesemb. *part. 1. consil.* 30. n. 17. *per cap. cum Episcopus 7. de offic. ordin.* in 6. Joh. Andr. & Geminian. *in c. 2. de constitut.* in 6. Angel. *consil.* 233. Calcan. *consil.* 13. Cabedo *decis.* 10. n. 3. p. 2. Extra territorium enim nec jurisdictione, nec subiectio permittitur, *l. fin. ff. de jurisdictione.* l. 1. Cod. *qui dare tutor. vel curator.* l. 4. C. *si à non competent. judic.* l. 53. C. *de decur.* Vant. *in tit. de defest. jurisdictione.* ordin. n. 100. & 107. Ant. *de Amatis decis.* 50. n. 1.

IV.

Extra territorium suum quilibet censetur instar subditi, Alder. Mascard. *de statut. interpret. concl.* 6. n. 6. alteriusve privati quoad jurisdictionem, l. 3. *ff. de offic. praesid.* Acac. Enenckel. 3. *de privil.* cap. 19. num. 8. Knichen. *de jure territorii.* cap. 4. n. 3. Gail. *lib. 1. de P. P. cap. 16. n. 28.* Victor *in disp. de caus. exempt. Imper. concl.* 30.

V.

Territoria diversa sæpè diversam naturam faciunt bonorum in iis sitorum, Bald. *in cap. unic. in fin. n. 3. de contr. inter masc. & femin.* Cyn. *in l. 1. C. de Summ. Trinit.* Paul. *de Castro consil.* 146. *in fin.* Philipp. Matth. 2. *Consil. Marpurgens.* 26. num. 143.

CAP. XIII.

Terror.

Axioma I.

Terror per se est injuria, l. 15. §. 1. *ff. de injur.* Bart. Angel. Aretin. *in tract. de malefic. verb. admonuit.* adeo ut iustitiam inculpatam sæpè defensionem generet, cum primum ictum expectare, nemo teneatur, quia de causa si terroris armis vel gladio venientem percusserit, à poenâ immunis dicitur, *l. si quis 3. cum l. seq. C. ad L. Cor-*

nel. de sicar. Bart. ad l. si ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad L. Aquil. Bald. ad l. ut vim. ff. de iur. & iur. & ad lib. 1. C. unde vi. & in l. 1. §. cum arietes. si quædr. pauper. fecisse dicatur. Pa-
norm. in c. olim. col. 8. extr. de restit. spoliar.
Laur. Kirehov. d. consil. 27. n. 7. & *consil.* 13. *per*
tor. vol. 2. Anton. Gomez cap. 3. n. 20. var. resol.
rom. 3. Tiber. Decian. respl. 67. n. 13. vol. 3. Eoque ipso dicitur quis deangustatus, quod sibi terror armorum vel plagarum sit illatus *per l. 3. §. qui armati 5. ff. de vi armat. l. sed etsi 5. ff. ad Leg. Aquil. ubi gloss. & Bart. cum ignoretur quousque offensus sit progressurus, Bald. in l. 1. C. unde vi. n. 10.*

II.

Terror armorum inducit discrimen vitæ, gloss. *in l. 1. C. unde vi. & l. 2. C. de Sicar. & 23. q. 3. in summa. ibidemque Archidiacon. Wesemb. consil. 10. n. 48.*

CAP. XIV.

Tertius, Jus tertii, extraneus.

Axioma I.

Jus tertii ad excipiendum nihil prodest, *l. loci corpus 4. §. competit 7. si servit. vindic. A. Thesaurus decis.* 4. n. 1. siquidem jus tertii non potest ab alio opponi, si ipse tertius nunquam eâ de fuerit conquestus, Bart. *in l. 2. de except. rei jud.* Roland. à Valle 2. *consil.* 57. n. 10. Pacian. 1. *de probat. cap. 7. n. 58. & seqq. imprimis à n. 71. & seqq.*

II.

Tertius non impeditur jure suo uti ex eo, quod alii litigant, arg. *l. cuiusque, §. 1. ff. de usufructu.* Oldrad. *consil.* 299. *in princ. vers. & est dicendum.* Vult. 3. *Consil. Marpurg.* 22. n. 44. iniquissimum enim esset alteri per alterum iniquam conditionem inferri, *l. non debet 74. de R. I.* ideoque jus tertii semper in omni actu censetur esse reservatum, c. *si postquam. 13. de prebend. in 6. c. quamvis 18. de rescript. in 6. l. impuberi 40. ff. de administrat. tut. l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16. ff. ne quid in loco publ. unde etiam nec vitium litigiosi afficere dicitur, Nicol. Milis *in respert. suo. in lite verb. pendente quoad litigantem.* Rota Roman. *decis.* 3. n. 2. *in fin. in novis & ibid. additionator. sub tit. ut lit. pendente.* Lancellot. *de attentat. p. 1. cap. 3. à numero 90. usq. ad num. 113.* & perempta instantia vitium litigiosi durat quoad ipsos litigatores, non etiam quoad tertium, cum in tertium, vel à tertio alienatio facta subsistat, Bart. *in l. 2. & ibi Alex. Jaf. Curt. C. de edend. Curt. senior consil.* 72. num. 9. Paris. *consil.* 104. n. 115. Hieron. Gabr. *concl.* 52. num. 8. quia de causa neque etiam executio rei iudicata aliquid prejudicat, sed potius eam impedire potest, *l. cum queritur 12. ff. de except. rei jud. Dd. in l. 2. D. Pio. §. si super rebus. ff. de re judic. & c. cum super 17. eod. Didac. Covar. *præf. quest.* 16. num. 3. *vers.***